

Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 11 : De Borea

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 11 : De Borea](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 12 : De la Bize, ou de Boree](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 11 : De la Bize, ou Boree](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - VIII, 11 : De Borea, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6030>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien

- Latin

Paginationp. 871-874

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Borée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

*Sylueftres animos, nullusque admittitur illis
Orator: laxa furiaque vagantur habenis,
Vt grauius Æolio cum Ventis profilit antra
Totum in arua ruent, & syluas sternit opacas,
Flaminibus rapidis immensus murmurat æther,
Tum neque Velinola puppes, neque nubila cæli
Contra stare valent, conuoluens omnia secum
Viribus Hippocada nullus franatur, & illum
Non tenet imperium Regum, nil audit, at Vnus
Est cordis fragor, & strages, & murmur, & ira.*

Æolum igitur Regem, siue rationem, oportet his motibus animorum imperare: siquidem qui iræ non imperauerit, ille iræ, non sine poenitentia postea, seruiat necesse est. Deinde ista ficta fuerunt illa etiam de causa ab antiquis, quia demonstrare volebant nihil sine diuina providentia contingere, cum venti etiam rerum omnium leuissimi & maxime inconstantes suum habeant moderatorem. Alij putarunt per hæc incitatos fuisse nauigantes ad percipiendam naturam ventorum & tempestatum, cum possent omnes multo antè hæc significare & intelligere, quorum signa nonnulla præuia sint tempestatum, qualia sunt ea quæ scripsit Aratus & Theophrastus de signis aquarum & ventorum. At nunc de Borea dicamus.

De Borea. CAP. XI.

BOREAS autem è quibus parentibus ortus sit, fabularum Bioventores non tradiderunt, quod ego legerim, nisi quod in Thracia habuerit domicilium. Fabulati sunt antiqui Orithyiam Erechthei Athenarum Regis filiam virginem fuisse forma præstantissimam, quam cum Boreas colligentem flores iuxta fontem Cephisum vidisset, eius amore incensus illam rapuit, & in Thraciam deportauit, veluti scriptum fuit à Chcerilo. Alij dixerunt apud Ilissium celeberrimum Atticæ flumini raptam fuisse ludentem cum cæteris virginibus, ut ait in Atticis Paus. quod etiam testatur Dionysius in situ orbis:

*ῥίπτεται αὖτε ἰ' Ὀμοῖν, πρὸς αὐτὰς, Ἀ' ἡλικὸς ὕδατος
τὸ διὰ Νεαυταῖς φέρεται ῥέος ἰ' Ἀλαρεῖ
ἰνδοὺς καὶ Βερέας ποτ' ἀνέπαυσε καὶ πείθεται.*

*Cecropus est tellus supra Ilissium, Solis ad ortum,
Ilissus per quam diuino flumine feritur,*

Vnde tulit Boreas raptam grana Orithyiam.

Scriptit Ouid. lib. 6. Metamorph. Orithyiam fuisse in regionem Ciconum deportatam, & ibi celebratas nuptias Boreæ, & geminos peperisse filios, ut est in his:

*Nec prius aeris cursum suppressit habenas,
Quam Ciconum tenuit populos & mania raptor.
Illic & gelida coniux Altea tyranni,
Et genitrix fallax est partum enixa gemellos.*

Simonides tamen poeta non ab Ilisso, sed à Brilisso raptam fuisse Orithyiam putavit, & ad petriam Sarpedoniam Thraciæ deportatam, non procul ab Æmō monte. Memorix prodidit Herodotus in Polymnia, iussos fuisse Athenienses ab oraculo, cum Xerxes ad deuastandā Græciā cum innumerabili propè classe traiceret, generum Boream in auxilium vocare, qui vehemens in classem Persarum irruit, ac multa nauigia submersit, quare debilitatae fuerunt vires hostium. cum verò in Thraciam Orithyiam abstulisset, ibique habitaret, Thracius Boreas vocatus est ab Eurip. in Cyclope.

*ἔταρ δὲ βορέας χιόνι οὐρανὸς χεῖν,
δραῖσι θεῶν σῶμα πῶδ' ἑλάνι μόν.
Boreas ubi nivesque fundit Thracius,
Corpus meum tego ferarum pellibus.*

Hic in antro habitare solitū scripsit Callimach. in lauactū Deli;

*ἡμεῖς οὐκ ἠλπε κορυφῆς ἐπὶ οὐρανὸς Αἴμα
θεῶν Ἀρεῖ ἐφύλασσε σῶμα ἔντασι τῷ δὲ οἱ ἱππῶ
ἐπὶ ἄμυνον βορέας περὶ ἀσπίος ἐνέλιζοντο.
Threiciæ residenti sublimi vertice in Æmī,
Mare seruabat equos, atque armanitencia: equi h̄,
Hic stabulabantur Borea frigentū ad antrum.*

Boreæ filias fuisse scribit Callimachus in eodē hymno Vpim, & Loxo, & Hecæergen:

*πρώται τινι τὰ δ' ἔφευαν ἀπὸ ξανθῶν Ἀριμασπῶν
οὐπίε τε, Λοξώ τε, καὶ θύαίων ἑκάϊρη.
εὐχαίρει βορέας, καὶ ἀρσενεὶ οἱ τὸτ' ἀριστοὶ
ἡνδίων.*

*Namque Arimassorum prima è regione tulerunt
Vpique, Loxoque, Hecæerge annosa rigenti
De Borea nata: praestant & robore pubes
Inde mares.*

Memorix

Memoriae proditum est à Cleanthe in primo libro de motibus, Boream rapuisse Chlorim quoque Arcturi filiam, atque illam in collem Niphatem asportasse, qui postea Thorus Boreæ vocatus fuit, antequam diceretur Caucasus, de qua filiam suscepit Hytracem. Fabulatur Chionem præterea & Zetem & Calaim natos fuisse ex Orithyia, qui una cum cæteris Argonautis in Colchos navigarunt, de quibus ita meminit Apollonius libro primo;

πῶς καὶ λαὸς τὴν περὶ τοῦ ὕδατος ἰκάντο,
ὡς περὶ ἐρεχθίδος πορὶν τέκιν πρὸς ἄνδρα
ἰχθυὶν ὀρέσσας ἐνοχλήσαν, ἐν δ' ἀρα τήν γε
ὀρέσσας πορὶν ἀνδρὶ φάτο κικροπιδίην
Ἰλαστὴν προάροιθι χερσὶν ἐν δ' ἐνὶ ὕδατι
καὶ μιν ἄγον ἰκάνει, καὶ περὶ τοῦ ὕδατος
κλῆυσιν, ποταμοῖο παρὰ ῥέον ἐρύττειο,
Λυγροῖσι ἰδὲ μοῖσσι περὶ νηυσὶ καλύφατ.

Zetes & Calaim Borea de semine nati

Rursus, Erechthes peperit quos Orithyia

Veloci Borea, rapuit quam Cecropii agro

Ducentem choreas Ilissu ad fluminis undam.

Hanc Sarpedontiam ad petram tulit inde vocatam,

Quæ fuit Erginus & itrea perlucidus unda.

Suscepit Boreas præterea ex Orithyia Cleopatram, quæ postea Phineo nupta Cramben & Orythum & Hæmum illi peperit, vel, ut alij maluerunt Thyrium & Maryandinum, quam Arpi- cen, at non Cleopatram vocarunt. Hos scripsit Phanodicus Bo- reæ filios ad Argonautas ex Hyperboreis adijisse, at Herodotus è Daulide. Aiunt præterea celeritimos fuisse omnium Borea- das, facultatemque habuisse volandi, ut testatur Theognis in his:

αἰκνότερος δ' αὖθις πόδας ταχέων Ἀρπυῖαν,

καὶ παῖδων πορὶν, τὴν ἀφ' αἰετὶ πόδες.

Si magis Harpyiæ sis Velox, Vincere possis

Et natos Borea, haud pes quibus utilis.

Cum venissent igitur cum cæteris principibus Colchicæ expe- ditionis ad Phineum, Harpyias à mensa Phinei profugarunt, à quibus Plotæ insulæ Strophades vocatæ sunt. Hi postea cæsi fuerunt ab Hercule in partitione munerum, quæ ab Iasone il- lis heroibus, qui secum navigarunt, data fuerunt, ut quidam

paratur, inter quos fuit Stesimbrotus, alij quia nauem in Mysiam redire nollens, ab Hercule caesos fuisse maluerūt. Semur, quia cursu vicissent, per inuidiā ab Hercule caesos tradidit. Nicander Colophonius, quia Boreas sibi tempestatem in insulam Conimnissit, cum reuerteretur, ab Hercule ob iram trucidatos putauit, at non à generis Leucippi. Neq; plura de Boreas memorantur ab antiquis. Scripsit Helagoras in rebus gestis Megarensium Boream, qui Orithyiam rapuit, nō ventum, sed iuuenem fuisse Strymonis filium ita vocatum, qui cum illam in matrimonium à parentibus impetrare non posset, ad rapinam se accinxit, raptamque in Thraciam deportauit. Quamuis alij non à Borea, sed à populis Thraciae Boreas nomine raptam fuisse putarunt, vt ait Ouid. in Epist. Paridis:

*Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces,
Tuta tamen bello Bistonii ora fuit.*

Alij deiectam fuisse Orithyiam è præcipiti loco in Ilissum fluiuium existimant, quæ cum nullibi post inuenta sit, locum dedit fabulæ, quod eam amatam Boreas in Thraciam asportasset. Quod Harpyias à mensa senis Phinei expulerint, crediderunt nonnulli Harpyiam & Erasiam filias fuisse eius senis, quæ cum patrum honestam viuendi rationem complecterentur, paternas facultates immodicè exinanirent, domumq; paternā turpiter exhaurirent. Has ambas cum filij Boreas secum abduxissent, putati sunt Phineum egestate fameque liberasse. Quid contineatur sub hac fabula, præter historiam, non reperio. Atq; locum aliquem doctionibus etiam relinquo. At nunc de Scylla dicamus.

De Scylla & Charybdis.

CAP. XII.

SCYLLA & Charybdis, monstra infesta nauigantibus maximè timenda, existimatae sunt, quæ forminae quondam dicuntur fuisse. Fuit igitur Scylla Phorcynis & Hecates filia, vt sensit Acusilaus: vt verò Homerus, Crataeis fuit eius mater: quæ tamen eadem est, vt Apollon. Acusilaum fortasse secutus scripsit lib. 4.

*ἢ παρὰ τῆς μητρὸς καυδῶναι τίς οἶμαι,
τῆς μητρὸς οὐδ' οὐκ ὁλοφροῖται, ἢ τίς οἶμαι
τυκτιπόλεος θ' αἰετὴ, τῆς τε κλέης τε κρείττω.*

Hætenidænon aut ætærit Scylla comcedere iuxta,

AN